

PRÆFATIO.

illa peccatorum super hircum impositio coram facie Domini
 tam vera, exacta & realissima, ut ex sententia ipsius Dei in
 maximam hominum omnium confirmationem etiam is, qui
 hircum deducebat in desertum, immundus efficeretur, nec nisi
 post lotionem aliquam purgatoriam in cœtum intrare per-
 mitteretur. Ad quam ceremoniam tanquam Christi no-
 stra peccata portaturi & luituri typum respexit Esai. cap. 53.
 cum dicit; Deum super Messiam coniecisse omnium
 nostrum peccata, Messiam verè tulisse languores nostros,
 & portasse dolores nostros, adeò ut reputaretur à Deo percus-
 sus & humiliatus. Et Petrus 7. c. 3. qui dicit, quòd Christus
 in corpore suo pertulerit peccata nostra super lignum.
 Et quia reliqui omnes Apostoli suffragantur, Christum pro
 nobis mortuum, nimirum Christum portantem peccata no-
 stra sibi imposita, invictè inde concluditur, quòd VICE ho-
 minum mortuus sit ipse. An cibatoriis sacrificiis pecca-
 ta per singularem ceremoniam itidem imposita fuerint, fa-
 cile est estimare ex Levit. c. 2, & 5, 11. & 16. 25. nimirum quòd
 confessi fuerint super easdem materias peccata sua, quas
 manibus suis ad usum sacrificandi apportabant, sicut Aaron
 & ambas manus hirci imponit, & super eundem confitetur
 peccata totius communitatis Israëliticæ. Sicut autem hoc vi-
 lius fuit sacrificij genus, ita plus satis fuit in presentatione
 ejusdem loco impositionis manuum peccata sua simul Sacer-
 doti confiteri, & hac ratione pro expiandis ijs hanc materiam
 tradere. Utrumq; idem genus sacrificij de animalibus, &
 de reliquis statim cœpit in initio post lapsum, ut apparet ex
 4. cap. Genes. De prebenditur etiam ex Mosis commenta-
 riis duplicia fuisse sacrificia: quedam publica: quedam pri-
 vata. Publica, quæ offerebantur pro tota cõmunitate Israeli-
 tica, quæ erat intra & extra Judeam, siquidem tam erant
 ipsi secundi juxta promissionem Abræ datã, ut mature ha-